

ETA SIGMA PHI 71st Annual Latin Translation Contest (2022)

Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In this excerpt from *De Tranquillitate Animi* 9, Seneca writes argues that the acquisition of books can be problematic if done for the wrong reasons. Glossed words are marked in bold.

studiorum quoque quae **liberalissima impensa** est **tam diu** rationem habet **quam diu** modum. **quo** innumerabiles libros et bybliotheas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit? onerat discentem **turba**, non instruit, multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos. quadraginta milia librorum Alexandriae arserunt; pulcherrimum regiae opulentiae monumentum alius laudaverit, sicut T. Livius, qui elegantiae regum curaeque egregium id opus ait fuisse: non fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria, immo ne studiosa quidem, quoniam non in studium sed in spectaculum **comparaverant**, sicut plerisque ignaris etiam **puerilium** litterarum libri non studiorum instrumenta sed cenationum ornamenta sunt. paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in **apparatum**. “honestius” inquis “**hoc** se impensae quam in **Corinthia** pictasque tabulas effuderint.” vitiosum est ubique quod nimium est. quid habes cur ignoscas homini **armaria** e **citro** atque ebore **captanti**, **corpora** conquirenti aut ignotorum auctorum aut improbatorum, et inter tot milia librorum **oscitanti**, cui voluminum suorum **frontes** maxime placent titulique? apud **desidiosissimos** ergo videbis quidquid orationum historiarumque est, tecto tenus exstructa **loculamenta**; iam enim inter balnearia et thermas bybliothea quoque ut necessarium domus ornamentum **expolitur**.

Vocabulary and Notes

liberalissima	<i>liberalis</i> -is -e adj. honorable; well bred; gentlemanly
impensa	<i>impensa</i> -ae f. expense
tam diu...quam diu	“just so long as ...”, “as long as ...”
quo...?	“what is the good of...?”
turba	sc. <i>librorum</i>
comparaverant	<i>comparo</i> (1) to collect, gather
puerilium	<i>puerilis</i> -is -e adj. from childhood; youthful
apparatum	<i>apparatus</i> -ūs m. splendor; pomp; trappings
hoc	“on this”
Corinthia	viz. Corinthian bronzes
armaria	<i>armarium</i> -ii n. bookcase, cupboard; chest
citro	<i>citrum</i> -i n. wood of citron tree
captanti	<i>capto</i> (1) to long for, covet; collect
corpora	“works”
oscitanti	<i>oscito</i> (1) to gape, yawn
frontes	<i>frons, frontis</i> f. long edge of a scroll; the <i>titulus</i> would have been attached to the <i>frons</i>
desidiosissimos	<i>desidiosus</i> -a -um adj. idle; lazy
loculamenta	<i>loculamentum</i> -i n. compartment; case
expolitur	<i>expolio</i> (4) to polish; refine